

# TRACTATUS

REMISSORIVS ALPHABETICVS

CAVTELARVM IVRIS,

COLLECTORE

D. HIPPOLYTO BONACOSSA,

I. C. FERRARIENSI.

*Opus sanè proficuum cum ad patronorum leuamen:  
tum ad clientum tutamen.*

CVM PRIVILEGIIS.



V  
I  
R  
T  
U  
S  
I  
C



C  
E  
D  
I  
T  
I  
N  
V  
I  
D  
I  
A.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.  
M. D. LXXIX.

OLL. SOC. RE. V. SALM. EX DONO REGVM

*Num. At. cap. 2. num. 23. 19.*

PAVLO LEONIO

PATAVINO,

REVER. EPISCOPO FERRARIAE,

ET I. V. CONSULTISSIMO,

D. INNOCENTISSIMO.

Hippolytus Bonacossa I. C. Ferrariensis S. P. D.



*SVPER* *TVPEO*, Praesul eminentissime, diuina Maiestatis Vicariam alloquuturum. Quis enim est tam corde uehemens, tamq. constantis ingenij, qui summum Antistitem non purum hominem adiens non obstupecat? si quidem supranaturalia, si conspiciuntur, stuporem quendam inducunt, mentesq. hominum mirum in modum rigore concutiunt. PAVLVM scilicet LEONIVM Patavinum optimum atque sapientissimum DEI ministrum non sine maxima reuerentia atque animi trepidatione olim contemplabamur. Quid igitur nunc Episcopum Ferrariae? quem diuinitus non ab homine potestatem ligandi atque soluendi sumpsisse diuina testantur eloquia. Testatur Innocentij III. Epistola Decretalis, testatur Canon, dist. xvij. xxi. & xxiiij. quast. 1. quodcunque ligaueris. Diuum Paulum Romanae Ecclesiae legimus praesuisse, sanctissimosq. alios huius nominis Praesules, qui diuina plurimum ampliarent, thesauros Ecclesiae in usus pios, laudabilesq. conuerterunt,

\* 2      singula



# TRACTATUS

REMISSORIVS ALPHABETICVS

CAVTELARVM IVRIS,

COLLECTORE

D. HIPPOLYTO BONACOSSA,

I. C. FERRARIENSI.

PROOEMIUM.



**Q**VONIAM qui non est cautelofus, negligens dicitur; & imputatur ei, qui non est cautelofus: vt dicit Ang. in l. Imperator, nu. 2. ff. de transac. Nam nil est omittendum, quod ad cautelam pertinet, 63. distinct. c. quanto. & in quocunque statu positus, debet vti cautela & remedio. & hæc accedunt ad tertiam Politicæ partem, scilicet, ad prouidentiam futurorum: vt dicit Bal. in eius pract. vbi agit de cautelis & remedijs, in rub. fol. 82. vbi & alia hic addenda. Durans de arte testan. caut. 17. num. 4. tit. 3. gl. in cap. designata, 5 1. dist. vbi deducit argum. aliquid statui propter cautelam futurorum. ideo magna cautela nitendum est, in quo timetur regressus, cap. quoties cordis oculus, vbi tex. & gl. 1. q. 7. in prag. tit. de causis, in gl. superabundanti, fol. 157. litera B. Non adhibetur autem cautela, nisi aliquid operetur: vt dicit Salyc. in l. si ego, num. 2. ff. si cer. pet. licet dicatur, quod abundans cautela non nocet, l. testamentum, C. de testa.

A Quandoque

Cautela est, quòd volens accipere viduam in vxorem, faciat eam prius reddere rationem tutelæ. l. si mater, vbi Bal. C. in quib. causis pignus tacitè contrahatur. Firman. in repert. in ver. Victricus, ver. vltimo.

Cautela est, quòd articulus vsurarum remittatur ad Episcopum causa dubitationis tollendæ. Bald. in confi. 17. num. 1. in 1. vol. vbi dicit, quòd ita uidit multoties seruari.

Cautela est, quòd si uendas rem habita fide de precio, debes apponere pactum, ut dicta res sit tibi obligata pro precio, & tunc eris potior in illa: secus si sine pacto traderes illam: quia translatum est dominium per rei traditionem. Erit tamen tutior cautela, ut si res tradatur, quòd uenditor ex consensu emptoris retineat rei illius dominium, & emptor rem illam possideat nomine uenditoris, donec integrum fuisset solutum premium. Petr. Rebuffus in tractatu, de constitut. reddituum, in glo. 8. num. 28. pagina 406. tomo 2.

Haftenus de cautelis. Laus DEO.

F I N I S.

---

VENETIIS, Apud Damianum Zenarum.  
M. D. LXXIX.

